



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

li [i.e. vi]. Mundi hujus in prima creatione rerum aliarum tunc, quando eæ:  
existunt intra eorum sphæram.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

ceret Angelus, cum objectum distans per medium corporeum nequeat producere speciem spirituales; neque etiam emanet ab ipsa Angeli substantia, utpote indifferente ad hoc potius, quam illud cognoscendum; Accidens autem connaturaliter debitum illud emanatur ab essentia, quod est terminus exigentiae magis determinatae.

VI. Species mundi hujus visibilis omniumque rerum in eo primo conditarum infusae eis fuerunt sub initium creationis. Rerum vero aliarum naturalium species infunduntur illis tunc, quando haec intra sphaeram cujusque objectivam incipiunt existere; tunc enim producuntur haec species ad exigentiam naturae a Deo vices objecti supplente, quando ab objecto fuissent, productae, sed ab eo non nisi existente (objectum enim non existens non habet motivam intelligibilitatem) & quidem intra certam sphaeram producuntur. Secretorum mentalium species tunc illis infunduntur, quando ea ab iis sciri volunt causae secundae intellectuales. Porro sunt haec species magis minusve perfectae, id est, clarae & universales, seu plurium objectorum distincte representativae, pro majore minoreve Angelorum specifica perfectione.

u s

VII.